



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. An sponsalium contractui adjici possit pœna vel Atrha.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## §. II.

*Quinam sint habiles vel inhabiles ad sponsalia contrahenda.*

**G**eneratim loquendo ab ijs solis contrahi possunt sponsalia, inter quos aliquando (adveniente ætate) consistere potest licite & valide matrimonium, quibus enim non licet contrahere matrimonium, illi nec promittere possunt contrahendum olim inter se matrimonium, cum promissio rei illicitæ nulla sit. In specie verò sponsalia ab amentibus perpetuò & furiosis contrahi non possunt, cum nullus illorum sit deliberatus consensus. *c. Dilectus 24. h. 2.* nisi lucida intervalla habeant, & tempore talium intervallorum sponsalia contrahantur; quòd si tamen sensibus aliquibus tantum destituti sint aliqui, ita ut surdus v. g. tantum, vel tantum mutus, vel simul urdus & mutus sit aliquis & ex probabili setiam si simul cæcus sit, valida contrahere hic potest sponsalia, cum ad ea contrahenda non formalia & expressa verba requirantur, sed signa quæcunque exteriora sufficiant, quibus internus consensus exprimitur, uti colligunt communiter ex *c. Tua 25. h. 2. junct. Gloss. V. sine verbis.*

## §. III.

*Quomodo & quando obligent sponsalia, & an etiam obligent, si gravi metu extorta sint?*

**O**bligant sponsalia sub culpa mortali ad matrimonium contrahendum, (tempore præfixo, vel si nullum præfi-

zum est, exigente altero, cum contractum fieri potest) etiam si clam, sine rebus & rebus contra facta sint, non minus, ac alij contractus in materia sponsalium obligantes (& hinc lex civilis, de sponsalibus dans libertatem renuntiandi de contrahendi alij, per S. S. Canones et correctæ) ita ut à Judice Ecclesiastico *c. ex litteris 10. h. 2.* etiam post Canoniam munitionem censuris compelli possit ad contrahendum matrimonium, quod non vult sponsalium fidem implere, sed gravia scandala, perpetua jurgia & coactis talibus nuptiis timerentur. *quisvis 17. h. 2.* non tantum in casu quo jurata fuerunt sponsalia, sed etiam in eo casu, quo nullo jramento firmata fuerunt, cum iustus hoc exigit, & quamvis de matrimonio fixo non sit, quòd gravi metu extortum, ac clam contractum, nullum sit, de sponsalibus tamen hoc statutum non sit, & hinc sponsalia gravi etiam metu extorta valida sunt, donec à Judice Ecclesiastico rescindantur, cum ratio, quæ pro matrimonio indissolubili urget, non urgeat pro sponsalibus, quæ facile auctoritate Ecclesiastica dissolvi possunt.

## §. IV.

*An sponsalium contractus adhiberi possit pœna vel Arrha.*

**A**rthæ in contractu sponsalium de Autoque jure intervenire possunt, ut talem arrham amittat, qui deire non vult, & sponsalia tamen suâ culpâ, implere non vult, ac injustè resiliens in duplum, vel etiam triplum &c. restituere teneatur de

## §. V.

*Virum sponsalia clandestina jure  
novo sint irrita, & quomodo tran-  
seant in matrimonium?*

fuorum patrimonio, vel si utraque pars ar-  
rhas dedit alteri, injustè restitens suas  
perdat, & acceptas restituere teneatur:  
pœna autem propriè dicta, quæ consi-  
stit in proprio peculio, seu patrimonio  
v. g. imminuendo, solvenda per eum,  
qui fidem culpabiliter non servat, utro-  
que jure nulla est. *L. Mulier 5. §. fin. Cod.  
de sponsali. & c. Gemma 29. h. 1.* sive per  
ipsum sponsos, sive per consanguineos  
sit adjecta, ita ut probabile sit, sponsos  
inducendos ad contractum matrimonij,  
ob reverentiam scilicet consanguineo-  
rum, & ob metum, ne consanguinei  
pœnam solvere teneantur, quæ ratio,  
cum non urgeat contra omnino extra-  
neos, hinc ab his solvenda pœna, spon-  
salibus adjecta, non reprobatur; sicuti  
nec reprobatur lucrum amittendum ab  
alio adjectum, si cum hoc, vel illo  
non contraxerit, quia talis lucri amissio  
non tam vera pœna est, per quam im-  
minuitur patrimonio, quod de facto  
obtinetur, quàm invitatio certum ma-  
trimonium. Cur autem arrhæ licitæ  
sint in contractu sponsalium, non autem  
pœna propriè dicta, difficile quidem  
est, disparitatem assignare, probabili-  
ter tamen dicitur, quod arrhæ plerum-  
que non in tanta quantitate consistant,  
in qua pœnæ, & consequenter non tam  
difficilis sit earum amissio, quàm pœnæ  
solutio, & quod facilius illæ jam datæ  
negligantur, quàm ut patrimonio de  
novo imminuatur, quod fieret per solu-  
tam pœnam.

**Q**UOD sponsalia clam etiam contra-  
cta, sine testibus & Patocho va-  
lida sint, & per se loquendo etiam licite  
ta, dictum superius, & docent com-  
muniter omnes, neque enim decretum  
Tridentini, clandestina matrimonia an-  
nullantis, extendendum est ultra ca-  
sum expressum, cum sit correctorium  
juris communis, & consequenter stri-  
ctæ explanationis, & quamvis prohibitio  
absolutè matrimonio, etiam ea prohi-  
beantur, per quæ ad matrimonium per-  
veniri solet, non tamen hæc prohiben-  
tur, si matrimonium tantum certo no-  
do contrahendum prohibeatur; quod  
tamen decenter non fiant clandestina ta-  
lis sine testibus sponsalia, faciliè conce-  
ditur.

Transseunt quidem de jure antiquo  
Canonico hæc sponsalia, etiam clam  
contracta, in matrimonium, per secu-  
tam copulam carnalem, *o. veniens 15. &  
o. Is qui 30. h. 1.* eo quod Ecclesia con-  
sensum conjugalem in tali copula præ-  
sumat ad evitandum peccatum. Ho-  
die tamen in locis, ubi Tridentini con-  
stitutio annullantis matrimonia clande-  
stina, legitimè recepta est, non habent  
locum hæc matrimonia præsumpta, ne-  
que transeunt sponsalia in matrimonium  
per solam talem carnalem copulam.

☞(o)5☞

☞S\* \*S☞

Nnn n a

§. VI.